Quelle: http://manuscripta.at/?ID=32270
Copyright: Lilienfeld, Zisterzienserstift

turonis locaretur: qui inceptum perfecerit. Affuit ei brac-
chio ablas. qui vigilans in basilica circa medium fere noctis.
vidit quasi globum ignis immensi de sanctis pignoribus emicare:
et usque ad templi cameram cum lumine magno conscendere. quod non est
dubium aliquod fuisse divinum. nulli tamen de astantibus aliis
nisi illi tantum fuit ostensum. Post hec hic regis-
ter est artinum ad primum mo- [illegible] Expectabant [illegible] nasterium. in quo
per quinque annos habitans [illegible] cum videret [illegible] turonis
stabilitusque abbatibus in [illegible] monasteriis superdictis
artinum regis est. Cum ad priorem cellulam resideret in monaste-
rium manatinse qui procuratiam abbatis fuerat ordinatus ut sibi
ei congregatio ipsa canonice regeretur. Erat enim castissime con-
versationis. sed et alios strenue distringebat castam agere
vitam. quia erat fratrum colloquio. et blandus affectu. tamen
gressoribus vero regule ita severus habebatur. ut aliquotiens pu-
taretur esse crudelis in ieiuniis vigiliisque et karitate per-
fectum reddiderat virum. Cumque tempus migrationis ad-
propinquaret. vidit visum sicut ipse beato Autto episcopo retulit.
ductum se in presentiam domini etheros. et in hac seraphym ob-
umbrare maiestatem: Esaiam prophetam excelso volumine
verba que vaticinatus erat clamare: Dum attonitus spec-
taret. experrectus sompnumque suum attente discutiens. et
finem vite sue domino revelante cognosceret. ait abbati quem
in priori statuerat monasterio. Locus ille secus fluvium in quo
oratorium facere conputabam. iocundus est valde: ideo rogo ut
quod ego volui. tu expleas. atque ibi ossa mea transfer-
re non abnuas. Quo migrante. et in oratorio prioris
cellule sepulto. cum abbas inuinctum cuperet opus
explere: nutu dei et calces coctos antiquitus. et fu-
damentum in ea mensura qua ipse ponere co-
gitabat nactus est. perfectumque edificium dete-
xit abbatis sepulchrum. Quo patefacto. reperit
corpusculum illesum. [illegible] ut putaretur ante
diem alterum [illegible] fuisse defunctum.
et sic eum gau[illegible] vos na[illegible] dio prosequente ca-
terva monachorum [illegible] quam ipse docuerat
in loco illo. post duos annos translatus est.

Vita Pastumii confessoris.

Vidi alius in monas-
terium sancti Pastumii
hominis dei. qui notatus
fuit illi loci anacho-
rites. et ultimi habi-
tatores fuerant deserti.
in regionibus eracleos
splendide apud thebai-
dos urbis. De
hoc fidelissima quorum patrum narratione comperimus. quod cum fuis-
set vite angelice quadam tempore oravit dominum. ut sibi osten-
deret cui sanctorum similis haberetur. Angelus vero assistens respondit ei.
quod similis esset symphoniaco cuidam qui in vico illo cantandi
arte victum quereret. Tunc ille obstupefactus novitate responsi. cum
omni properatione pergens ad vicum. repperit hominem: Et cum
invenisset studiosissime percunctatur ab eo. quidnam sancti et re-
ligiose operis gestum fuerit ei. omnesque actus eius curiosissime discutit.
At ille respondit quod res erat. se esse indignissime vite hominem pec-
[illegible] catorem: atque non multum temporis ex latrone ad istud
quod nunc exercere videtur. fedum artificium devolutum. Pastumi-
us ei eo magis instabat. requirens siquid ei forte. vel inter latrocinia
prius operis fuisset admissum. Scio inquit consciu in me tum boni. sed
tamen scio quod cum inter latrones essem. capta est aliquando a nobis virgo
deo consecrata. huius cum ceteri collegae mei latrones cuperent eri-
pere pudorem obieci me medium. et eripui de certa violatione
latronum. et nocte deducens eam urbique adductam domui sue
restitui intactam. Alio quoque tempore: inveni mulierem honeste
forme in heremo oberrantem: Haec cum interrogaretur a me unde
vel cur aut quomodo in illa loca devenisset respondit. Sine me interroges
infelicissimam mulierem: nec causas requiras. sed si ancillam placet
habere: abducito quo vis. Vir enim autem infelici est maritus qui debiti
fiscalis gratia sepe suspensus et flagella [illegible] est. ac penis
omnibus cruciatus. fuerat in carcere. non aliam ob causam perductus nisi ut
tormenta pateretur. Ego quoque miserrima que ad similes penas
inquiror: de loco ad locum fugitans. et media inedia quoque confecta.
per has non latitans oberro loca. triduum hoc iam sine cibo ducens.
Ego vero hec audiens miseratus adduxi eam ad speluncam. et reficiens
animam eius fame collapsam. dedi et trecentos ei solidos quibus
se ac maritum et filios. non solum sutenti. sed et de suppliciis
ut asserebat esse obnoxios. et revocata ea ad civitatem.